N. 3007.

CURRENDA XV.

A. D. 1862.

Nr. 2543.

Relationis X. Libellus de fatis Missionum in Africa centrali. &c.

Accepimus ab Exc. C. R. Locumtenentia Leopol. Rescripto de 5. Aug. a. c. Nr. 49681 Libellos 80. (Zehnter Jahresbericht des Marien-Vereines 1862.) quorum per 3. pro quolibet Decanatu heic ./· accluduntur.

Ex eisdem Ven. Clerus capiet notitiam de variis vicissitudinibus, quas Missiones in Africa centrali intra curriculum unius anni, ab Aprili 1861. usq. ad Aprilem 1862. subiere; de progressu Missionum ibidem; de perceptis et expensis; de statu gentium ejatum physico et morali &c. deplorabili; demum formabit conclusionem intuitu novæ e parte nostra contributionis ad dilatandum regnum Dei inter illas varias stirpes. Inveniet quoque summam proventuum 27912 fl. 23½ x. ex anno attacto, in quo summula 151 fl. 89 x. sub pag. 28. e Diœcesi hujate eminet, nec non residuum ex anno anteriori 28713 fl. 10 x. = 56625 fl. 33½ x. item quotam expensarum 43242 fl. 89 x. cum residuo 13382 fl. 44½ x. V. A.

Apprecantes piis Largitoribus benedictionem divinam commendamus Missiones easdem ulteriori favori ac solicitudini.

Tarnoviæ 11. Sept. 1862.

Nr. 2937.

Adursio collectionis pro Ecclesia et Conventu in Kalwaria Pacławska.

Exc. C. R. Locumtenentia Leopol. jam iterato expostulat resultatum Sibi pandi intuitu Collectionis quæst. in Cur. XIII. a. c. sub N. 2700 recommendatæ, tum sub 23. Sept. N. 60153, tum 3. Oct. a. c. Nr. 60983 in sequelam Rescripti Alti C. R. Ministerii de 24. Sept, a. c. Nr. 5119.

Properate igitur Fratres in Christo Dilecti! in negotio collectionis hujus.

Tarnoviæ 9. Oct. 1862.

Nr. 2984.

Consignatio Ven. Cleri pro Schematismo adurgetur.

Ante finem m. Sept. a. c. Consignatio Ven. Cleri sæcularis et regularis cum statu personali Magistrorum, Magistrārumque Scholarum normalium, trivialium ac parochialium, juxta formular Schematismi typo impressi ad manus reperibilis ... ad Nos expedienda erat. Quoniam adhuc plures Perillustres Decani ac Scholarum Inspectores cum eadem in restantia deprehenduntur, provocantur his ad accelerandum negotium quaest. quatenus Materialia pro prelo jamjam coaptari imprimive queant.

Tarnoviæ 14. Oct. 1862.

Nr. 2985.

Collectio sortium Lotteriae Pontificiae in memoriam revocatur. &c.

In Currenda XII. a. c. sub Nr. pres. 155 Ven. Clerus inter alia devenit ad notitiam de Lotteria Romæ in favorem thesauri Pontificii alleviandi instituta ac de provocatione Nostra ad colligendam praenumerationem sortium quam plurimarum informationemq. Consistorii Nostri de resultato, circam *finem Sept.* aut *medietatem Octob. a. c.* sed hucusque e Decanatu solummodo uno, e *Dąbrov.* appulit summa 22 Rh. e 3. Parochiis cum appromissione quantorum e reliquis et a Ven. Curato in *Dankowice* 6 R. Quia tempus abbreviatur, nam sortitio Romæ *9. Dec. a. c.* jam præsuscipietur, hinc visum Nobis est, sub uno per Eminentis. Nunciaturam Vienn. procurare certum sortium numerum, quem postliminio ad Ven. Clerum emittemus, simulque accelerationem hujus saluberrimæ causæ hisce commendare.

Suppletorie ad primam Invitationem commemorandum esse statuimus, pretium unius sortis per 1. franc, juxta cursum hodiernum pertingere usque ad 50. x. non autem ad 40. x. V. A. prout abhinc prima vice nunciatum fuerat.

Tarnoviæ 14. Oct. 1862.

N. 2617. 2820. + 2821. 2862. + 2863. 2902. 2982.

V. Series Collectionum piarum.

I. E Dec. *Neo Sandec.* pro infelicibus per incendium in Dzików et Mielec incolis 26 fl. V. A. per dimidium, videlicet e *Tęgoborza* 1 fl. e *Męcina* 1 fl. 35 x. e *Kamionka* 1 fl. 51½ x. e *Mystków* 2 fl. 43 x. e *Ujanowice* 5 fl. e *Wielogłowy* 6. fl. c *Jakóbowice* 8 fl. 64½ x. II. E Dec. Bochn. a) 5 fl. pro ædificando templo in Schæssburg et b) 8 fl. pro Catholicis in Oriente, a Ven. Clero in rem prioris per 50 x. et posteriorum item per 50 x. præter P. T. Curatos *Bochn. Rzezav. Chełm.* et *Sobolov.* qui per 1 fl. contulerunt. III. E Dec. *Brest.* a) pro incolis Mielec 8 fl. 55 x. nimir. a Ven. Clero per 10. 15. 37½ 50 x. præter Perill. *Perisch* Dec. qui 1 fl. 32 x. subministrat, et Parochiani 2 fl. 18 x. item *Jasienen.* 1 fl. 10 x. b) 6 fl. pro Missionibus in Oriente a Ven. Clero in eadem, ut sub a) progressione, præter Ven. Clerum *Porąbc.* qui per 1 fl. = 2 fl. adjecit. IV. E Dec. Makov. 63 fl. 35 x. V. A. a) pro Mission. in Africa, America et Jerusalem. a Ven. Clero et populo fideli; videlicet a R. Jos. Łazarski in Rabka 1 fl. a R. *Przewoźniczek* Coop. Makov. *Raba wyż.* et e Spytkowice per 1 fl. 75 x. e *Zembrzyce* 2 fl. e *Zawoja* 2 fl. 50 x. e *Rabka* 5 fl. e *Mucharz* 6 fl. e *Jordanow* 7 fl. 60 x. e *Krzeszow* 10 fl. e *Maków* et *Sucha* 12. fl. b) 1 fl. pro Associat S. Bonifacii a Parocho quodam, verum a Parochiis *Lachowice, Łętownia, Osielec, Sidzina* et *Tarnawa* adhuc speratur. V. E Dec. *Bochn.* 6 fl. pro infelicibus oppidi Rawa a Ven. Clero per 20. 25. 50. 55 x. sed a Parochianis nihil.

Pax et benedictio cunctis Benefactoribus! Acceleratio a reliquis.

Tarnoviæ 14. Oct. 1862.

N. 697.

Quid est sacerdos.

(Meditatio desuper in Cur. III. a. c. inchoata)

III. Varia excerpta de Sacerdotio e ss. Patribus.

„Vae Sacerdoti, cujus acedia, vel unius dieculae praetermittitur Missa, resarcire damnum potest, sed neglectum et subtractum orbi bonum redhibere non potest.“ B. Alanus. de Excell. Sacerdotis. „Huic honori omnis cedit Angelorum honos, quin et supplex ei succumbit, tremensque servire gestit, et hoc summo sibi ducit honori et felicitati.“ Idem: „Transsubstantiare Deum, mortalibus dare, Deum orbi per Deum reconciliare, regno Cœlorum Regique divorum, ac Regum vim facere Sacerdotum est, non Angelorum.“ Idem: „Sacerdotes quanto digniores fuerint, tanto facilius in necessitatibus, pro quibus clamant, exaudiuntur.“ S. Alexan. Papa. „Non tanti est Ambrosius, ut propter se dejiciat Sacerdotium; non tanti est unius vita, quanti est dignitas omnium sacerdotum.“ S. Ambros. Epis. 432. ad Valent. Imperat. „Nihil in hoc saeculo excellentius, nihil sublimius Sacerdotibus reperiri potest; itaque digne noscamus, quid simus, et quod sumus professione, actione potius quam nomine se monstremus, et nomen congruat actioni, actio respondeat nomini, ne sit nomen inane, et crimen immane. Ne sit honor sublimis, et vita diformis; ne sit deifica professio, et diabolica actio. Ne sit religiosus amictus, et irreligiosus provectus, ne sit gradus excelsus et deformis excessus.“ S. Ambrosius. „Sacerdotis sit prodesse, si fieri potest omnibus, obesse nemini; sacerdotis est nulli nocere, prodesse velle omnibus, posse solius Dei est.“ S. Ambrosius. C. 9. „Vide, quid agas sacerdos, ne febrienti manu corpus Christi attingas; prius cura, ut ministrare possis.“ Idem de viduis. „Regum colla submittuntur genibus Sacerdotum.“ Idem S. Ambr. in Epis ad Marcell. Soror. „Quomodo potest a populo observari, qui nihil habet secretum a populo; si nihil in te aspiciat, quod ultra se inveniat.“ S. Ambros. Ep. 6. „Non merita personarum consideres, sed officia Sacerdotum.“ Idem. „Quicunque erit honore sacerdotali praeditus, et proximus fuerit ebrietati, vicinus est ultioni.“ S. August. de sobriet. c. 1. „Nescio, qua fronte, aut qua conscientia optat in altaris consecratione gaudere, qui in cordis sui Altari, non studet munditiam custodire.“ Idem sermo: 4. Dedic. Eccles. „Pauperem vitam sacerdos gerere debet, et ideo si superbiam habet, si magno beneficio gaudet, praeter victum et vestitum quod superest, pauperibus dare non differat, quia omnia pauperum sunt.“ Idem. serm. 37. ad Fratres in Eremo. „Officium sacerdotis est, intervenire pro reis.“ Idem Ep. 54. ad Muc. „Presbyteri, qui bene praesunt, vita et doctrina, digni habentur a subditis duplici honore, scilicet ut spiritualiter eis obediant, et exteriora bona ministrent.“ Idem I. Timoth. „Vere veneranda Sacerdotum dignitas, in quorum manibus Dei filius velut in utero matris incarnatur.“ Idem hom 7. „Egressa est iniquitas a senioribus, judicibns vicariis tuis, qui videntur regere populum Tuum. Non est jam dicere: Ut populus sic sacerdos, quia nec sic populus ut sacerdos, heu! heu! Domine Deus! quia ipsi sunt in persecutione tua primi, qui videntur in Ecclesia tua primatum diligere, gerere principatum?“ S. Bernard: ser. I. de

Con. S. Paul. „Omnino audent sacerdotes mali, agni immaculati sacras contingere Carnes; et intingere in sanguine Salvatoris manus nefarias, quibus paulo ante, carnes proh dolor! me- . . . . attrectarunt.“ „Quidquid praeter necessarium victum aut simplicem vestitum de altari retines, tuum non est, rapina est, sacrilegium est.“ Idem. Conceditur tibi, ut si bene deservis, de Altari vivas, non autem ut de Altari superbias.“ Ibidem. „Honorate Sacerdotes ut patres, ut Dominos, ut beneficos, ut bene vivendi authores.“ S. Clemens. l. 7. c. 32. „Audite Fratres mei! si B. Virgo honoratur, quia Jesum portavit in sanctissimo utero suo; si B. Joannes Baptista contremuit, et non audebat tangere verticem; si sepulchrum, in quo per aliquo tempus jacuit, sic veneratur, quantum debet esse sanctus et justus, et dignus, qui non moriturum, sed in aeternum victurum, et glorificatum, in quem Angeli desiderant prospicere, contrectat manibus, corde et ore sumit, et aliis ad sumendum praebet! Videte dignitatem vestram fratres sacerdotes, et estote sancti, quia ipse sanctus est, quem sumitis.“ S. Franc. Ass. in suo opere. „Ecce mundus Sacerdotibus plenus est, sed tamen in messe Dei rarus reperitur operator. Quia officium quidem sacerdotale suscipimus, sed opus officii non implemus.“ S. Gregor. Mag. hom: 17. „Sicut sacerdos honore ordinis alios superat, ita etiam morum virtute transcendat.“ Idem ut supra. „Officii sacerdotalis est, viduis desolatis impertiri solatia, ut unde in hoc mundo humana consolatione privantur, sacerdotali tuitione, possint remedia reperire.“ Idem. „Redemptor noster a Sacerdotis officio non quaerit aurum sed animas.“ Idem. „Decet Dominicum sacerdotem, moribus et vita clarescere, quatenus in eo tamquam in vitae suae speculo plebs commissa, et eligere, quod sequatur, et videre possit, quod corrigat.“ Idem. „Grandis dignitas sacerdotum, sed grandis ruina, si peccent.“ Idem. „Ingrediuntur electi, et sacerdotum manibus expiati coelestem patriam, et sacerdotes Christi per vitam reprobam ad inferni supplicia festinant.“ Idem hom: 27. „Cujus vita despicitur, necesse est, ut ejus praedicatio condemnetur.“ Idem hom. 12. „Causa sunt ruinae populi Sacerdotes mali; quis enim se pro peccatis populi objiciat? si sacerdos, qui orare debuerat, graviora committat.“ Idem Cap. 64. „Custodes animarum sunt sacerdotes.“ S. Greg. Naz. in Orat. ad Sac. Cong. „Procuratores domorum, ac villarum alienarum, quomodo possunt esse clerici, qui proprias jubentur contemnere facultates.?“ S. Hiero. in Epis. ad Nepot. „Vita illius laudanda est, qui veneratione habet Sacerdotes Christi, et non detrahit gradui, per quem factus est Christianus.“ Idem Epist I. ad Heliodor. „Negotiatorem Clericum, et ex inope divitem et ex ignobili gloriosum, quasi quandam pestem fuge.“ Idem ad Nepot. „Absit, ut quidquid sinistrum de eis arbitremur, qui Apostolico gradui succedentes, Christi corpus sacro ore conficiunt.“ Idem. „Vinolentos Sacerdotes et Apostolus damnat, et vetus lex prohibet.“ Idem Epis. II. ad Nepot. „Sunt, qui presbyterium ambiunt, quibus cura est de vestibus, si bene oleant, si pes laxa pelle non sordeat, crines calamistrii vestigio rotantur, digiti de annulis radiant, et ne plantas humidior via spargat, vix imprimunt summa vestigia; tales cum videris, sponsos magis existimato, quam Sacerdotes.“ Idem Epis. 22 ad Eustach. „Sanctiores aures

plebis, quam corda malorum sunt Sacerdotum." S. Hilarius contra Arianos. „Sunt Sacerdotes, qui nocte ven.... amplexantur; mane vero virginem venerantur. Turpe dictu, sed turpissimum actu, dici liceat, quod agi non libeat. Nocte filium veneris agitant in cubilibus, nunc vero filium virginis offerunt in altaribus." S. Innoc. III Lib. de contem. Mun. C. 22. „Cur laicus non adulteret, cum Sacerdos fornicetur; non faeneret, cum Sacerdos faeneretur! Certe tot mortibus est dignus Sacerdos, quot exempla perditionis transmisit in populum." Idem Ser. I. in Com: Pant. „Sacerdotes sunt sal, quoniam bona conversatio Sacerdotum, conditura populi est." S. Joannes Chrys. hom I. sup. Math. „Necesse est, sacerdotem sic esse purum, ut si in ipsis coelis collocatus inter cœlestes illas virtutes medius staret." Idem Lib. III Sac. „Medius stat Sacerdos inter Deum, et humanam naturam illinc venientia beneficia ad nos deferens, nostras preces illuc proferens, et Deum iratum reconcilians." Idem hom. 5. in Isaiam. „Sacerdotes majore honore, quam parentes ipsos debemus honorare." Idem l. 3. de Sacer. „Sacerdotes Christi Vicarii sunt, et qui honorat sacerdotem Christi, Christum honorat." Idem hom. 7 in Math. „Laici delinquentes facile emendantur, Clerici autem si semel mali evaserint, inemendabiles fiunt." Idem super Math. „Sacerdotes pro populorum iniquitate damnantur, si eos aut ignorantes non erudiunt, aut peccantes non arguunt." S. Isidor. Lib. 3. de sum. Bon. c. 46. „Turpissimum est in Sacerdote avaritia, quia servum Dei facit ministrum idolorum." Idem de Instit. Sacerd. „Magna prorsus et admiranda est Sacerdotum dignitas, maxima illis collata potestas, sua namque prolatione eloquiorum cœlestium, et ad eorum pene libitum, corpus Christi de panis substantiatur materia, descendit de Coelo in carne Verbum, et altaris verissime reperitur in mensa. Hoc illis praerogatur ex gratia, quod nusquum datum est Angelis. Assistunt Deo, illum contrectant manibus, tribuunt populis, in seque recipiunt. Verum Angelorum sive adstantium sive ministrantium, quoniam vice funguntur, potius Angelicam quam humanam debent conversationem habere." S. Laurent. Iust. de Eud. „Stans ad altare esto vir, non habens senectutem vetustatis, nec pueritiam fatuitatis." Petrus Bles. Epis. 147. „Debent esse quatuor conditiones in Sacerdote. Primo *sanctitas*, secundo *innocentia*, tertio *puritas*, quarto bonorum *conversatio*." S. Thom. Aqui. super Epis ad Hebr. c. 7. „Ex ore sacerdotis nil, nisi sanctum, honestum, et utile procedere debet verbum, qui tam saepe Christi accepit Sacramentum." Thom: a Kemp. L. 4. de Imit: Xti Cap. 11. „Sacerdos sacris vestibus indutus Christi vices gerit, et Deum pro se, et pro omni populo suppliciter, et humiliter oret. Habet *ante se* et *retro* Dominicae Crucis signum ad memorandam jugiter Christi passionem. *Ante* crucem in casula portat, ut Christi vestigia diligenter inspiciat, et sequi ferventer studeat. *Post se* Cruce signatus est, ut adversa quaelibet ab aliis illata clementer pro Deo toleret. *Ante se* crucem gerit, ut propria peccata lugeat; *post se*, ut aliorum etiam commissa per compassionem defleat, et se medium inter Deum, et peccatorem constitutum esse sciat." Ibidem Thomas a Kemp. Cap. 5. „Ecce Sacerdos factus est, et ad celebrandum constitutus, et consecratus; vide nunc, ut fideliter et devote in suo tempore

Deo sacrificium offeras, et te ipsum irreprehensibilem exhibeas, non alleviasti onus tuum, sed arctiori jam alligatus es vinculo disciplinae, et ad majorem teneris perfectionem sanctitatis." Thomas a Kempis.

S. *Franciscus* Seraphicus dicere solebat: „si cui Sanctorum in terram lapso, et simul etiam Sacerdoti occurreret, prius sacerdotis manum ad osculum petiturum, deinde primum reverentiam Sancto facturum. Sed et indignum se judicans tanto honore, solo Diaconatu quoad vixit, contentus fuit." Marcellus 1. 3 Cap. 15.

IV. Exempla horrenda.

1. *Nadab* et *Abiu*, filii Aronis, thurificantes igne profano, igne coelesti consumpti sunt. 2. Ob peccata filiorum *Heli* et nimiam patris indulgentiam, omnes tres juxta prophetiam Samuelis, uno die delentur. 3. *Judas Iscariotes* indignus sumpsit corpus et sanguinem Domini; tradidit Salvatorem in horto; en! stimulis conscientiae exagitatus suspendit se et crepuit medius!

Utinam nullus N a d a b A b i u q u e; nullus H e l i cum nequissimis filiis; nullus J u d a s traditor &c. reperiretur in gremio nostro!

N. 2900.

O pacierzach kapłańskich za dusze zmarłych.

(Officium Defunctorum.)

Dalszy ciąg do kur. XIV. r. b.

Wielbienia Boże ... Laudes,

odpowiadają treścią swoją nieszporom i są wysławieniem Boga za *pewną* nadzieję, którą miłosierdzie Jego duszom pokutującym dozwala i za odkupienie, którego z ufnością wyglądać mogą. Cel, na który bogomodlca w nieszporach poglądał, niejako unosi się mu w Wielbieniach już przed oczyma jako niemal osiągniony i pobudza go do chwały Boga, która jednak znowu z prośbą się mięsza. Chwalby więc żałobne niemal w następujących myślach streszczają się:

„Chociaż tak bardzo upokorzony, wychwalać jednak będę kiedyś Pana w niebieskiéj Jerozolimie, przeto Panie! oczyść mnie całego. Ps. 50. Daleki jestem jeszcze od Ciebie, lecz cześć i chwała Tobie, bo przyjdę do Ciebie. Ps. 64. Już mnie Twa ratująca ręka dosięgła, bo wzdycham za Tobą i pragnę; niechże Cię więc za to wszyscy wychwalają. Ps. 62 & 66. Uratowałeś duszę moję od zepsucia, w niepamięć rzuciłeś wszystkie grzéchy moje, codziennie chwały śpiewać Ci będę w domu Twoim!... śpiew Ezech. Jz. 38. Wszystko, co istnieje, chwalić powinno Boga! Ps. 148, 149, & 150."

Spiew Zacharyasza „Benedictus" wita *tu* ów dzień, który duszom cierpiącym przyświeci światłością niebieską, w którym objetnica Chrystusa Pana dla nich się zijści. *Jam zmartwychstanie i żywot, kto we mnie wierzy, chociażby i umarł, żyw będzie a każdy, który żyje i wierzy we mnie, nie umrze na wieki* i według antyfony: *Ego sum resurrectio et vita, qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet, et omnis, qui vivit et credit in*

me, non morietur in aeternum. Zakończenie Wielbień jest tóż same, jak w Nieszporach.

Gdy nie ma z fundacyi lub z innych względów zaciągnionego obowiązku do odmawiania lub w chórze odśpiewania Nieszporów, Jutrzni lub Wielbień Bożych *za dusze zmarłych,* nie wymaga kościół *z przepisu* wspomnionego nabożeństwa od kapłanów, wyjąwszy w dzień zaduszny, jednak zostawiając to pobożności, udziela tak odmawiającym, jak w duchu kościoła tym pacierzom kapłańskiem, za dusze zmarłych ofiarowanym, pobożnie się przysłuchającym za każdy raz częściowy odpust 100 dni. (Pius P P. V, 1768, Bulla: Quod a nobis.)

Officium defunctorum, etiamsi ex titulo exequiarum aut ex mente testatorum nie może być w uroczystościach I. & II. cl:, ani w oktawach uprzywilejowanych w Directoryjum officii divini wyrażonych, ani w wielkim tygodniu śpiewane, wyjąwszy przy pogrzebie w dniach, w których Wotywa de Requiem dozwolona. Wypadające więc na dzień niestósowny zobowiązanie ma być odłożone na najbliższy dzień nie przeszkodzony.

Podobnie, jeżeli w kościele Najśw. Sakrament publicznie jest wystawiony n. p. podczas nabożeństwa 40 godzinnego, nie może być Off. def. *śpiewane* lecz tylko privatim *po cichu* odmawiane.

Z odłożeniem mszy rekwialnéj odłożyć wypada połączone z nią officium defunctorum. Co się tyczy czasu jego odprawienia, mają być nieszpory po nieszporach dnia, Jutrznia zaś i Wielbienia pro defunctis, post Laudes diei, in ordine, ad diem in rubricis Breviarii constitutum odmawiane z uwagą, że *Jutrznia i Laudes* pro def. niemogą być ani nawet na dzień zaduszny antycypowane tylko rano *w sam dzień nabożeństwa* żałobnego odprawiane być mają; pozwolona jest antycypacyja samym tylko Biskupom w własnéj Dyecezyi. Caerem. Episcop. l. II, c. 10.

L. 1583. r. 1861.

Spis rzeczy do kościołów Brzeskiego Dekanatu od roku 1859. aż do 1861. sprawionych podczas wizyty Dekanalnéj 23. Maja 1861. przedłożony.

I) Do kościoła w *Brzesku*: 1) Ołtarz boczny P. Jezusa zupełnie nowo wystawiony ze składek i ofiary P. Hrabiego za 79 złr. — 2) Ołtarz drugi Matki Boskiéj toż samo nowo wymurowany i ozdobiony za 79 złr. — 3) Matki Boskiéj Obraz w ołtarzu, wyzłocony, sukieńką przerobioną ozdobiony, w lustra osadzony za 45 złr. — 4) Dwa Ornaty nowe sprawione, jeden białego koloru za 36 złr. — a 5) drugi Ornat czerwonego koloru z adamaszkowéj materyj za 39 złr. — 6) Welum jedwabne darowała W. P. Kulikowska Naczelnikowa w cenie 10 złr.— 7) Latarnia do chorych sprawił Pleban JX. Stopa, za 4 złr. 8) Pacyfikał z Relikwiami Ś. Stanisława, podarunek od W. JX. Gładysiewicza byłego Administratora Krakowskiéj Diecezyi, rodaka, srebrny, wartości może 80 złr. — 9) Obraz Pana Jezusa do bocznego Ołtarza, przez P. Gucwę malowany, fundacyj P. Józefa Czamar-

skiego, obywatela Brzeskiego bez ram, za 50 złr. — 10) Rama nowa do tegoż obrazu za 20 złr. — 11) Krzyż do procesyi naprawiony i odnowiony za 5 złr.

II. Do kościoła w *Chronowie*: 1) Reperacya kościoła w kwocie 95 złr. przez P. Kolatorkę Jastrzębską i P. Jędrzeja Kosickiego, do której kwoty JX. Pleban Nowicki dodał 40 złr. — 2) Lampa do wielkiego Ołtarza za 7 złr. z składki P. Makowskiéj, P. Kosickiego i X. Plebana sprawiona. 3) Ornat fioletowy restaurowany kosztem JX. Plebana. 4) Kapa nowa czerwona sprawiona przez Jana Czmila za 27 złr. — 5) tenże sam Jan Czmil na bieliznę kościelną ofiarował sztukę płótna w wartości 18 złr. — 6) Ornat biały sprawiony przez parafianów za 18 złr. — 7) Biret i kapsula do chorych przez JX. Nowickiego za 4 złr. — 8) Lichtarzy dwa przez Michała Zubla 14. złr. — 9) Dwa mniejsze lichtarze sprawione przez Towarzystwo, byłe w kalwaryi na odpuście za 8 złr. — 10) Umbraculum od P. Makowskiej, do czego Pani Kolatorka Jastrzębska sprawiła ramki za 5 złr. 11) Sukno czerwone do nakrycia stopni przed wielkim Ołtarzem przez P. Jana Tapfert za 12 złr. — 12) Dywanik na mniejszy Ołtarz ofiarowany od P. Strachanowskiéj 13) Rytuał, Mszał, Mętryki i różne książki sprawione lub naprawione, Ks. Plebana kosztem 5 złr. — 14) Paski cztery przez JX. Plebana za 4 złr. — 15) Dla ministrantów płaszczyki przez P. Jędrzeja Kosickiego, kosztem 3 złr. — 16) Sygnaturka przelana kosztem parafian za 5 złr. prócz tego wybudował JMX. Pleban Nowicki swoim własnym kosztem znacznym spiżarnię, przystawkę do szpichlerza, sionkę w plebanii, piece, piwnice, do któréj 20. sągów kamieniku pił, szopę przy stodole, skład na rozmaite rzeczy gospodarskie i schody do szpichlerza. —

III. Do kościoła w *Gosprzydowy:* 1) Lampa mosiężna przed wielkim Ołtarzem, na którą legował ś. p. Karol Kuza 10 złr. — 2) Obrus lniany, któren ofiarował Józef Grach, tegóż wartość 3 złr. — 3) Kapę czerwoną sprawił Łukasz Spisak, za 38 złr. 4) Ornat fiol. ofiarował Klemens Koper za 14 złr. — 5) Maria Wronina ofiarowała koraliki małe wartości 2 złr. — 6) Marcin Grach sprawił 14. Stacyi w ramach za 12 złr. 7) JX. Biela Pleban miejscowy sprawił Kapsulę do chorych rypsową za 4 złr. — 8) JX. Pleban do Ornatu, na który 12 złr. z Massy poprzednika było przeznaczone, dodał ze swego 4 złr. wartości jego 16 złr.—9) Tenże sam JX. Pleban dał odmalować 8 lichtarzy przed poboczne Ołtarze za 1 złr. — 10) W. Pan Sewerin Komar Kolator sprawił obraz Matki Bosk. Częstochowskiéj na blasze oddanéj, wyzłoconéj, którą u drogi publicznéj ulokował, i która służy za Stacyją w dni krzyżowe, za 18 złr. *D. c. n.*

Josephus Alojsius,	**E Consistorio Episcopali,**
Episcopus Tarnoviensis.	**Tarnoviae die 16. Oct. 1862.**
	JOANNES FIGWER, Cancellarius prov.

Typis Anastasii Rusinowski Tarnoviae.